



Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundißimi Doctoris de Auxilio gratiæ
medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum &
Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

11. Infideles carent gratia sufficienti ad salutem tam proximâ quam
remotâ & omnibus principijs eius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

Ex ijs quæ jam diximus consentaneum esse facile vider quisquis Augustini principiis innutritus est; ex cœcatis & obduriatis decessit sufficientem gratiam, non solum eam qua cordis oculis videant veritatem; etiam eam molitâ voluntate secentur, sed etiam eam quæ peccata cavere possint, quæ ex istis principiis proficiunt solent. Quod non minus perspicue & constanter quam præcedentia sanctissimus Doctor aduersus Pelagium tradidit, qui peccatas istas, peccatorum causas esse posse nesciebat: Nec cogitar, inquit prævaricatio totum legis, quæ digne lux deserat veritatis, quæ desertus utique sit cœci, & plus necesse est offendit, & cadendo vexatur, vexatusq; non surgat ut idem tantum audiat vocem legis, quo admonsatur implorare gratiam Salvatoris. Recepit admonsatur, dicit, nam quavis hujusmodi admonsatur non lege solum, sed & doctrinâ & prædicatione & correctione, non propter ea re ipsa invocat Salvatorem. Legem enim talibus, doctrinam & prædicationem & correctionem proferre, officia sunt benignitatis humanæ, quæ frustra cœcis & surdis adhibentur, nisi altius misericordia Dei: Quibus enim Dœm nascitur, quid misericordia conferet humana? Nam ut sapiens

A dicit: Considera opera Dei quod nemo posset corrige, quem ille despicerit. Hinc igitur ad. uic in eodem libro explicans Augustinus ex cœcatorum insufficientiam ad vitanda peccata: *De seruanti, inquit, luce iustitia, & per hoc contenebrati* Lib: de nat. & grat. c. 13. *quid pariant aliud, quam hac omnia, quæ committere, opera tenebrarum, dñe dicatureis, si dilectio obaudient, surge qui dormis &c.* Et adhuc inferius illud explicans: *Ad peccatum valet mortis ibidem anima, quæ necesse est mortua opera faciat, donec Christi gratiâ reviviscat.* Hinc ergo ex ista cordis cœcitate & voluntatis obduracione nascitur præcipue quedam peccandi necessitas, quam Augustinus multis in locis ex professo docet, quæ non est aliud quam quedam impotentiæ seu insufficientiæ cavendi peccata, tentationesque superandi, nec aliund nascitur, quæ ex eo quod sufficienti illo adjutorio deseruntur. De qua peccandi necessitate, quæ multa superius diximus, eadem iterare supervacaneum duco: Cum hæc sufficientia illam sanè mirabilem Scholasticorum opinionem Augustini auctoritate refellendam, quæ sufficiens illis adjutoriis divinæ gratiæ tantâ profusione, nullâ divinæ severitatis consideratione præbuerunt.

Vide dicta lib. 3 de jas. tu natura lapsa p. m. 101. Oratio ximæ cap. 12. tem lib. 2. c. 2. 3. 4.

C A P V T X I.

Infideles carent gratia sufficienti ad salutem tam proxima quam remota, & omnibus principiis ejus.

NUNC de infidelibus aliquid adjungendum est. Putant enim nonnulli Scholastici etiam illis omnibus, vel semper, vel certis temporibus auxilium sufficiens dari, quo salvri possint. Sed quia salus à fide incipit, auxilium sufficiens ad salutem erit ut minimum sufficiens ad credendum. Nullum est autem sufficiens ad credendum, nisi ad sit credendorum propoprio, & supernaturalis aliqua voluntatis excitatio. Porro quia non nisi gratis ac temere dici potest, talem omnibus infidelibus dari; imo quia fatis certum est etiam per experientiam, quibusdam tale quid neque vigilando, neque somniando in mentem venisse unquam, & certissimum, non semper intus excitari & illuminari mentem eorum, hinc facile admittunt non semper illud auxilium sufficiens ad salutem esse presto in actu, esse tamen in eorum vel proximâ vel remotâ potestate. Nempe quia saitem possunt non ponere impedimentum divinæ vocationi, quod si facerent non peccando, sine dubio vocaretur ulterius, peccando autem reddunt se incapaces gratiæ sublimioris. Tale auxilium enim ad non peccandum ferè omnes unanimiter adesse etiam infidelibus volunt; ut potè sine quo peccatum eis non posset ad latum de culpam imputari. A quibus auctoribus si quis, quæras, cuiusmodi istud auxilium sit, alij dicunt esse cogitationem aliquam etiam ab

A objectis naturalibus suscitatam, alii aliud, ut diminutionem virium adversarii, amotio- *Vide Vasq. sup. & in 2. nem occasionis qua tentamur, terrorem, disp. 189. & blandicias objecti alterius, alii generaliter aliud adjutoriorum gratiæ naturalis in sub- Ita Bellarm. stitia. Itaque moles disputationis eo reddit, sup. urum infideles hujusmodi auxilium sufficiens ad non peccandum, & consequenter ad salutem eternam adipiscendam habeant.*

Et quidem eos omni tali gratia carere, nullam in Augustini principiis dubitationem continet. Quicquid enim diximus, ut Iudeos gratia sufficienti servandi præcepta legis caruisse probaremus, multò validius in *Vide latè su. pra hoc libro c. 4. & 5.*

Infidelibus locum habet, prout res per se ipsa clamat. Quid per se absurdius quam quod illi gratiam sufficientem ad præcepta custodienda habere statuantur, qui & ignorant pleraque præcepta, & eorum legis-*Ita latè su. pra hoc libro c. 4. & 5.* latorum Deum; illi vero careant, quibus & sui, & præceptorum suorum agnitionem dedit? Nam præter eandem illam ingentem tentationum superandarum impotentiam ex libidinibus profectam, quæ in omnibus infidelibus pariter ac Iudeis reperitur, accedit præterea profunda rerum agendarum cavendrumque ignorantia, quæ de tenebris in tenebras cadunt, hoc est, ex uno peccato in aliud precipitantur. Hæc autem peccata, vera peccata sunt, quamvis ignorantiam illam dissipare non possint, prout latè in præceden-

N 4 tibus

tibus demonstravimus. Quid ergo talis fecerit, ut gratiam allegatur, qui etiam tunc peccat, quando non est conscius se peccasse.

Sed ex alio quoque capite doctrina ista manifesta est. Nam quemadmodum est quidam status sub lege, qui Iudeorum proprius fuit, ita & alius quidam est ante legem, qui ex propria sua ratione competit infidelibus. Quamvis nihil vetet etiam infideles esse sub Lege, sive naturali, postquam eam sibi sublucem agnoverint; sive scripta, si eis lata quoquo modo fuerit. Utique vero status expers gratia est, & ab Augustino vocari solet, ante gratiam, ut per hoc ipsum significet utrumque statum carere gratia non solum faciendi bonum, sed gratia de qua potissimum satagit Augustinus, non faciendi id quod prohibetur malum, seu non contentiendi carnalibus concupiscentiis quibus à Dei præceptis adimplendis potentissime revocamus. Itaque sapientia docet, in illo statu nullam esse vel pugnam cum concupiscentiis, quibus liber id quod non licet, sed eis hominem etiam approbare & libenter sequi. Ignorat enim ante acceptam legem eos esse mias aut respuendas; Prima est actio, inquit, ante legem, secunda sub lege, tercia sub gratia, quarta in pace. Ante legem actio est, cum peccatum ignoramus & sequimur carnales concupiscentias &c. Et iterum:

In epist. ad Galatas.

Vide dicta suis lib. 3. de statu naturae lapsac. 6.

* In prima actione quo est ante legem, nulla pugna est cum voluptatibus huius seculi. Et in epistolam ad Galatas: Ante legem non pugnamus, quia non solum concupiscentes, & peccamus, sed etiam approbamus peccata. Sed quia latissime ex Augustini scriptis alibi istud idem comprobavimus, supervacaneum est hisc repetere. Videantur ea quæ loco in margine citato diximus. Osten-dimus enim duos illos status, sub quorum altero necessariò infideles vivunt, non solum omni gratia Christi destitutos esse ad cavandas superandasque peccatorum tentationes, sed etiam in statibus illis deesse arbitrio libertatem, ad bonum, hoc est, arbitrium voluntatis non esse liberum ad faciendum aliquem actum bonum, sed tantummodo ad malum, utpote quod sub libidinibus, rerum terrena-rum & carnalium servum captivumque teneatur, a quibus nisi per ipsam solam fidem liberatoris Christi, liberari nullo pacto potest.

Tertiò probavimus fusè in præcedentibus, nullum omnino bonum moraliter opus, hoc est, nullum opus quod non sit peccatum ab infidelibus posse fieri, sed quicquid faciant, quoquo modo se vertant, quamcumque re-ctam meditentur operationem, totum in eis perversi amoris cupiditate contaminatum esse, & ex vulnere in vulnus surgere, utpote qui quamdiu infideles manent, ipsis principiis faciendi moraliter boni careant. Hac autem principia duo sunt: Primum est dilectio Dei seu iustitia, quæ in omni opere etiam moraliter bono dominari debet, atq; ita dominari ut nisi adsit, non nisi peccatum futurum sit opus, quod ex alia quacumq; dilectione nascetur. Qua de re vide quæ latè eodem illo libro, itemque alio

A de statu puræ naturæ diximus. Nam illa dilectio Dei seu iustitia nullis omnino viribus natura, sed per solam & magnam gratiam Christi Salvatoris haberi potest. Hinc enim proficiunt illa solemnissima sancti Præfusus doctrina, quam ex Apostolo derivavit, de qua etiam superius diximus, quod Dilectio si plenitudo legi, hoc est, per solam dilectionem iustitiae lex quamcumque sive tota sive pars eius, sive quodcumque præceptum impleri potest, ut animus non sit peccati velintius vel ejam exterius perpetrati reus. Porro ista Dei & iustitiae dilectione infideles omnino destituti sunt, quia Deum verum ignorantes, sua intus vel extra fabricant idola pro Deo suo venerantur. Ex quo consequenter fit, ut nullum opus bonum, nulla vera temptationis ullius superatio, quæ non nisi isticus celestis divinitus dilectionis fructus est, in illis esse possit. Quid enim enī faciunt, non ex amore Creatoris, sed creature cupiditate fluit: Regnat enim carnalis cupiditas ubi non est Dei charitas. Et ex illa creaturæ cupiditate nasci non potest fructus bonus. Quia, ut Augustinus: Sicut hoc amore Creatoris, nullus quisquam bene uitatur creature. Non enim, ut alibi tradit, fructus est bonus qui de charitatibus radice non surgit. De quibus omnibus principiis alibi sive differimus. Cum ergo non habeant infideles gratiam sufficientem diligendi Deum, quos & ipsa agnitio & fides Dei deficit, profectò non habent gratiam sufficientem benè operandi.

Secundum principium boni operis, quo infideles carent, est fides veri Dei, & Christi eius, sine qua fide impossibile est vel servare legem, vel cavere peccata, vel præceptum facere, vel temptationem superare. Illa fide eos carere manifestum est, quia inde propriè infideles nominantur. Hanc autem fidem ad bene operandum esse necessariam, non solum supernaturaliter vel meritorie, prout hoc à posteris excogitatum est, sed ad operandum ut oportet, hoc est, ita bene ut sit vere opus bonum seu non malum, constanter Augustinus tradit. Quid enim amplius requiratur ad opus bonum, in Aug. scriptis non repertit. Nam opus vere bonum, hoc est, quod non est malum neq; culpabile, non potest non placere & gratum Deo esse, non potest non esse meritorium, non potest non esse supernaturale. Porro hujus doctrinæ de fidei necessitate ad opus bonum, ratio est, quia ut sit opus bonum, quemadmodum diximus, opus est ut foas omnis boni Deus vero & sincero amore diligatur, quæ dilectio sine vere & supernaturalis gratia inspiratione haberi nullo pacto potest, Augustino dicente: Hostem tuum recte sit, quando sit proper ipsum, quando gravitas tu amatur ipse: qui amor nobis esse non potest nisi ex ipso. Talem autem dilectionem seu charitatem Dei, fides Dei adeoque Christi Salvatoris, necesse est antecedat, quemadmodum hoc ipsi Scholastici confitentur, apud quos confessum est, charitatem sicut & spem, tanquam virtutes naturam superantes, postulare antecedentem velut solem suum, fidem, cuius radix dicitur.

dirigantur. Quod illis Augustinus jam olim A praeconuerit: Bonum opus intentio facit, intentio-
rum fides dirigit. Et in Psalmum sexagesimum
septimum: Ea sola bona opera dicenda sunt, que
sunt per dilectionem Dei. Hæc autem necesse est, ut
antecedat fides, ut inde illa, non ab ipsis incipiat illa.
Omnium nullus operatur per dilectionem, nisi prius
credat in Deum. Ex quo nescitur, ut opera
que non ex fide Dei per dilectionem Dei ope-
rante proficiuntur, non sint bona sed mala,
pernicioſa, peccata. Unde illud brevissimum
estatum ejus: Male vivit si deo non bene crede-
bit. Et in eundem Psalmum trigesimum pri-
mum: Debemus multa opera proponere fidei, id est,
ut ante fidem quisquam dicatur bene operatus. Ea
cum ipsa opera qua dicuntur ante fidem, quamvis
videntur hominibus laudabilia, vania sunt. Et
adversus Iustianum: Disce enim, qui non facit ope-
ra bona, intentione fidei bona, hoc est, eius, quæ
per dilectionem operatur, totum quasi corpus, quod
ili velut membris, operibus constat, tenebrosum
esse, hos est, plenum nigredine peccatorum. Hanc
porro dilectionem Dei, quam fides Dei pre-
cedere debet tradit non et alia quam illa di-
lectio rectitudinis, & æquitatis, & iustitiae,
qua in ipso & per ipsum præceptum, quod im-
plendum præstabilitur, luet; non enim solum
opus bonum, sed nec ipsa superatio tentatio-
nis aut vitij, si veraciter atque sinceriter nisi vere
dilectione insit. Hoc autem est in fide Christi.
Quæ omnia latè suis locis ex professo tradita
sunt, ubi accuratius videntur. Cum
igitur non habeant infideles gratiam sufficientem,
neque diligendi Deum, neque credendi
in Christum, prout Scholastici confitentur,
profectò multò minus habent sufficientem gra-
tiam bene operandi, sive servandi legem na-
turalem, sive peccata vitandi. Nam sine fide
Christi, & sine fructu ejus, dilectione Dei
atque iustitiae, nemo quicquam boni operari,
vel à peccando abstinere potest: sed quantum-
cumque lacertos moveat, non nisi de peccato
in peccatum labitur, hoc est, ut Augustinus
loquitur, alijs peccatis alia peccata vincuntur. Et
ut Prosper acutissime: In vulnera vulnera surgit.

Ex his jam sublucere incipit, quam diversa
& Augustino ex diametro adversi via Scho-
lastici Doctores ingressi sunt, ad gratiam suffi-
cientem uitandi peccata infidelibus afferen-
dam, ut salutem consequi possent. Nam Scho-
lastici cùm viderent Infideles immediata gra-
tia dilectionis Dei & fidei quoque manifestè
desitui, ne tamen illos sine interna potestate
salutis obtinenda derelinquerent, mediata fidei
atque dilectionem in eorum potestate
collocarunt, quia videlicet habent gratiam
qua possint non ponere impedimentum illu-
strationibus Dei, quibus adducantur ad fidem,
legis naturalis præcepta servando. Augusti-
nus è diverso, cùm videret ac veluti totius D
doctrine sua basim firmissimè teneret, ne-
minem infidem posse legem naturalem, sive
totam, sive ullum præceptum ejus ita custo-
dire, ut illud servando, vel illâ eadē quæ
præcepto adversatur, vel alia reprobâ cupidi-

tate non peccet, ad fidem atque dilectionem
Dei tanquam ad primam gratiam infidelium
recurrir, qua possint & naturalis legis præ-
cepta servare, & ea servando salutem confe-
qui sempiternam. Nam ante fidem, Augu-
stinus nullam omnino gratiam, sive efficacem,
sive sufficientem ad quicquam benè operan-
dum in infidelibus novit.

Hoc enim in primis probat, quod fréquen-
tissimè doceat, fidem esse, qua impletat gra-
tiam & adjutorium, quo humana infirmitas
id quod præcipitur sibi lege, possit operari.
Ergo, inquit, Spiritus gratia facit, ut habemamus Lib. de grata.
fidem, ut per fidem impetreremus orando, ut p. finna & ius arbit.
facere quæ iubemur. Ideo ipse Apostolus apud Iudicium cap. 14.
proponit fidem, quia quod lex iubet facere non vale-
mus, nisi per fidem rogando impetreremus, ut facere
valeamus. Et libro de Spiritu & littera: Ac Lib. de Spir.
per hoc sic ut lex non evanescatur, sed statuit per su- & littera. 32.
dem, quia fidem impetrat gratiam, qua lex imple-
tatur: ita liberum arbitrium non evanescatur per gra-
tiam, sed statuit; quia gratia sanat voluntatem,
ut iustitia libere diligatur. Quid autem rectè
operetur, qui non diligit ipsam præcepit ju-
stitiam quod imponitur? Quis enim dubitat di- Lib. 2. 24.
cere, voluntatem, hilo modo iustitiam diligenter, pcc. merit.
non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntati-
tem. Hanc autem iustitiam dilectionem, sine
qua nemo rectè operari potest, gratia tribuit,
sed gratia quæ non nisi per fidem impetratur.
Et in epistola ad Paulinum: Si quis autem dixe- Epist. 106.
rit, quod gratiam bene operandi fides mereatur, ne-
gare non possumus, immo vero generalissime confite-
mur. Hanc enim fidem voluntas habebant, quia im-
petrant charitatem, quæ sola vero bene operatur. Quia
videlicet ista charitas est ista dilectio toties
commendata iustitiae, sine qua voluntas non
nisi pessima esse potest. Et ista fides, ut
alibi, est illa Fides, que per dilectionem operatur,
non pertinet, non sermidando panam, sed A M AN.
D O I U S T I T I A M. Hinc est illa senten- & litt. 122.
cia sancti Augustini celebrissima, qua dicere
solet, Fides impetrat quod lex impletat, hoc
est, impetrat gratiam qua possit id quod lege
imperatur, ab arbitrio per peccatum infirma-
to fieri. Quod operum lex minando imperat, hoc
fidei lex credendo impetrat, quo signifi- tor, ut
inferius explicat: Lege operum dicit Deus, fac ibid. c. 130.
quod iubeo: lege fidei dicitur Deo, d. quod iubet,
Et in libro de natura & gratia: Hoc est fides ad lib. de nat.
quam præcepta compellunt, ut lex imperet, & fides & grat.
impetrat. Et in Enchiridio ad Laurentium:
Fides namque impetrat quod lex imperat. Hoc au- Enchirid.
tem nunquam intelligit aliter sanctus Augu- cap. 147.
stinus, nisi quia fides homini agnoscens in-
firmitatem animi sui, ad diligendam legis ju-
stitiam, à qua diligenda per contrarias re-
rum terrenarum cupiditates revocatur, invo-
cat adjutorium gratie qua illa libidinatio in-
spiretur, sine qua quicquamque legem implere
seu facere impossibile est. Sic enim leplum in
ploribus operū suorum locis explicat. Nam in
eodem illo loco Enchiridij, cùm dixisset, fides
impetrat, quod lex imperat statim rationem
subiicit: Nam sine Dei dono, id est, sine spiritu ibid.
sancto,

sancio, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, iubere lex poterit, non iuvare, & pravaricatorem insuper facere, qui de ignorantia se excusare non posse. Et in libro contra adversarium legis & Prophetarum: Fides impetrat charitatem qua lex posset impleri. Et quam charitatem?

Liber. I. contra aduersar. Audi: Non magis timore parte quam dilectione iustitia. Et in libro de fide & operibus: Hanc enim diximus, quia vim faciunt credendo, impetrantes spiritum charitatis, ubi est plenitudo legis, sine qua in littera reos faciebat etiam pravaricationis.

Liber. II. de fide & operibus cap. 21. Et cuius denique Spiritum charitatis credendo impetrant? Beatus ille, inquit, pravaricationis, quem sola lex; in eis littera sine spiritu subbendo faciebat, credendo solvit, & violentia fidei Spiritus sanctus impetratur: per quem diffusa caritate in cordibus nostris, LEX NON TIMORE POENAE, sed iustitia amore compleetur. Et libro quarto ad Bonifacium cum premisisset,

Liber. IV. ad Bonif. c. 5. quod ut homo faciat opera legis, Non lex qua hoc imperat, sed fides sit necessaria, que hoc impetrat, ita semetipsum exponit, ut fide doceat impetrandum in eis dilectionem, qua delectet legi esse factorem, hoc est, qua quis ipsa legis justitia delectetur. Sic enim homo de gratia Dei ex fide quare adiutorum. Nam illa inspiratio dilectionis, ut cognita aucto amore faciat proprie gratiam est, hec ibidem fandus Augustinus docet. Et libro de gratia & libero arbitrio cum similiter tradidisset fidem esse, que

Liber. de grat. & lib. arb. cap. 16. & 17. orando impetrat, quod lex imperat. Hoc ita exponit, ut nihil aliud per illam fidem impetrari significet, quam tantam voluntatem quantum sufficit ad implenda mandata. Et hanc ipsam voluntatis magnitudinem nihil aliud quam charitatem ardorem, seu, ut loquitur, Divino amore ardentissimam voluntatem; qua videlicet legis seu mandatorum justitiam ardentissime diligatur. Nam ideo cum praeciarissima de dilectione gratiaeque; ad eam obincendam necessitate docuisset, vim & rationem ejus explicans

Cap. 17. lectoribus, GRATIA, inquit, NOS FACIT LEGIS DILECTORES; lex vero ipsa sine gratia non nisi pravaricatores facit.

Cap. 18. Secundum hoc ipsum probat, quod semper Aug. doceat a fide incipere omnem hominis mutationem ad bonum, ita videlicet ut omnis iustitia boni operis, omnis bonitas sive moralis, sive alia quaecumque, a fide sumat exordium, quandoquidem aliud homo esse non possit ante gratiam fidei, nisi malus peccator & pravaricatores accepte legis, & opera eius peccata.

Quod quanvis ex illis ipsius numeri citatis locis ex Enchiridio, ex libro de fide & operibus, ac de gratia & libero arbitrio jam jam claruit, & alias sexcentis locis

Cap. 19. item super hoc libro cap. 5. item non abs re tamem fuerit, hic proprius quinquebus testimonii patefacere: Ideo sapientia dicit,

Cap. 20. item cap. 3. de statu non ut opera exstinguitur, sed ut offendat non esse opera precedenter gratiam, sed con-

Cap. 21. item cap. 22. & 23. sequentia: ut scilicet non se quis arbitretur ideo percepisse gratiam, quia bene operatus est; sed bene operari non posse, nisi per fidem percepere gratiam. Et ne quis exstimiraret illam gratiam etiam ante fidem obtineri posse qua benē operando non ponat impedimentum fidei, sic occurrit quia hoc prævidens Augustinus: Incipit autem ibidem homo percepere gratiam, ex qua incipit credere, vel internā vel externā admonitione motus ad fidem.

Quae omnia ex illa vena fluunt, ex qua latitudine alibi derivavimus, ante fidem in honestatibus minibus infidelibus, nullum omnino esse posse opus, non solum supernaturaliter, sed

Cap. 24. lib. de legge & operibus cap. 14. na opera incipiunt, quoniam us dictum est, quod ex ipsa non est peccatum est. Quod fonsissime suo *Pide lib. 4.* loco ex Augustini & verbis & principiis *de statu* immobilibus demonstravimus. Itaque de *lata cap. 10.* fide, qua sola bonorum operum exordium est, ibidem attexit. Et hoc accepimus unde una *lib. de legge & operibus cap. 14.* pit quicquid in nostris actibus habemus boni. Et libro secundo ad Bonifacium: Sic itaque *Dei lib. 2. ad gratia cogitet, ut ab initio bona mutationis, sique Bonifacium cap. 10.* ad finem consummationis, qui gloriator in Domino gloriatur. Et ut sciremus unde istud initium bona mutationis & consequente Deigra-*lib. de legge & operibus cap. 14.* tia inchoetur: Nec, inquit ibidem, omnis incipit homo ex malo in bonum per initium fidei com-*lib. de legge & operibus cap. 14.* mutari, nisi hoc in illo agat indebita gratia. Et quod levius initium alicujus boni quam quando aliquis eligit facere aliquid boni? Hoe enim omnino præcedere debet, anteaquam illud operetur. De quo tamen sic Augustinus loquitur: *Ouis quis ita eligit bonum lib. de legge & operibus cap. 14.* sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei, *inquit cap. 13.* quandoquidem, ut in eodem loco, *initium corrindi cor fides est.* Et in Psalmum trigeminum secundum ad illa verba, *Canna opera eius in lib. de legge & operibus cap. 14.* fide, sic loquitur, *Nec quisquam se meritis operum perennisse ad fidem putet, cum in ipso aucto sine omni opera que diligit Deus.* Nec mirum sane & fide incipere quicquid est boni operis & mutationis. *Quia ad fidem, inquit, pertinet credere quod lib. de legge & operibus cap. 14.* Deus in nobis operetur & velle. *I. quemadmodum* *lib. de legge & operibus cap. 14.* indicat in Enchiridio ad Laurentium, tunc Deus incipit hominem adjuvare ad opera bona, cum crediderit eum esse ad hoc adjuvarem suum. Sic enim ait: *Sic autem refertur lib. de legge & operibus cap. 14.* in Deus, ut ad implenda que mandat, adjuvare creditur, & agi homo caperit Spiritus Dei, concupis-*lib. de legge & operibus cap. 14.* tur adversus carnem fortiore robore charitatis. Quamdiu enim homo non credit se a Deo esse adjuvandum ad opera bona, relinquit eum superbie sua cui fudit, ut lapibus divini adiutorij necessitatitem doceatur. *Vnde sanctus Innocentius, Negantes adiutorium, non alia, lib. de legge & operibus cap. 14.* sed sibi hoc penitus abdulerunt. Sed quid pluribus opus? Vbique Augustinus illam fidei antecessionem & antecessionis necessitatem inculcat: tanquam qua sola boni operis gratia impetrari & obtineri potest. De quo luculentissime in questione secunda libri pri-*lib. de legge & operibus cap. 14.* mi ex eis quosad Simplicianum scripsit: *Autem in his locis hoc sapientia testatur (Apostolus) fidei gratiam proponens operibus, non ut opera exstinguitur, sed ut offendat non esse opera precedenter gratiam, sed con-*

lib. de legge & operibus cap. 14. sequentia: ut scilicet non se quis arbitretur ideo percepisse gratiam, quia bene operatus est; sed bene operari non posse, nisi per fidem percepere gratiam. Et ne quis exstimiraret illam gratiam etiam ante fidem obtineri posse qua benē operando non ponat impedimentum fidei, sic occurrit quia hoc prævidens Augustinus: *Incipit autem ibidem homo percepere gratiam, ex qua incipit credere, vel internā vel externā admonitione motus ad fidem.* Quae omnia ex illa vena fluunt, ex qua latitudine alibi derivavimus, ante fidem in honestatibus minibus infidelibus, nullum omnino esse posse opus, non solum supernaturaliter, sed

vel mortaliter bonum, sed omnia esse veri nominis peccata: ut ex hoc intelligamus, quodcumque Augustinus fidem postulat, ut aliquis bene vel iuste operetur, non hoc intelligendum esse de supernaturali quādam & gentilibus ignotā operum bonitate vel iustitia, sed quemadmodum verba sonant, & ab hominibus nullā p̄econceptā opinione turbatis intelligitur, quod nihil boni operis, vere boni, seu non mali, sine fidei gratia fieri nequeat. Non enim istam impossibilitatem perit, ex nescio qua supernaturali elevatio-
ne, quae natura rationali condita accesserit, sed ex ipsa operum difficultate, quae ex con-
cupiscentia per cognitionem legis inflamma-
ta, & ad terrena diligenda deprimente pro-
ficietur.

Tertio hoc probat quod ante fidem in homine infideli, ne quidem esse possit ipsa prima cupiditas seu voluntas boni, sed hæc per ipsam gratiam fidei inspirari debeat. Quo-
modo vero esse possit opus bonum nisi quis velit aut cupiat sincere bonum? Si enim bonum non sincere propter bonum appetat, jam non bonum sed aliud appetit. Qua de-
relic Augustinus: Cupiditas boni non bonum à Deo est, si bonum non est. Si autem bonum est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque in-
communabiler bonus est. Ne vero nescio quid supernaturale, vel meritorium, vel aliud quippiam eorum quae à Scholasticis ad Augustini doctrinam fugiendam reperta sunt, in ista boni cupiditate fingeremus, luculentissimè exponit eam, aliud omaino-
nib[us] esse, nisi voluntatem illam, qua quis sincere bonum opus propter ipsam operis bonitatem & rectitudinem & justitiam in eo resplendentem diligit: eandemque boni operis cupiditatē humanis viribus obtine-
ri sine divinae gratiae inspiratione non posse. Audi verba præclarissima, tantoque veridra & certiora, quod omainbus principis ejus jam sapientias, quibus de Dei gratia dispu-
tando nititur, prorsus consentanea sunt: ipse (Deus) cuiusdilectus veraciterg[er] cantatur, Quoniam preuenisti eum in benedictione dulcedinis. Et quid hic aptius intelligitur, quam ipsa de qua loquimur, cu-
piditas boni? Tunc enim bonum concupiscit incepit, quando dulcedesse caperit. Quando autem timore pa-
ne non amore iustitiae sit bonum, nondum bene sit bonum, nec sit in corde quod fieri videtur in opere, quando malum homo non facere, si posset impune. Ergo benedictio dulcedinis est gratia Dei; qua sit in no-
bi ut nos delectet & cupiamus, hoc est, amemus quod præcipit nobis: in qua si nos non præcipit Deus, non solum non perficitur, sed nec pos-
sib[us] iubatur ex nobis. Hac ergo sincera boni operis & rectitudinis seu iustitiae in p̄cepto resurgentis dilectio seu cupiditas boni, sine qua opus bonum nec esse nec cogitari potest, maximè que creature rationali con-
naturalis est, vocatur ab eo illa vera ac divina charitas, que tantoperè in Scripturis omnibus commendatur: Quid est enim, inquit ibidem, boni cupiditas nisi charitas, de qua Iohannes

Apostolus sine ambiguitate loquitur dicens, Charitas ex Deo est. Et illam à fide incipere, extra controversiam inter Scholasticos positum est, & ibidem Augustinus docet: Nec omnino in ibid. c. 10. cipit homo ex malo in bonum per intitum fides com- mutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia Dei, & ex dictis in precedentem pa-
ragrapho plenus constat. Quapropter si infideles illa ipsa cupiditate sincera boni ca-
rent, sine qua esse non potest ullum opus bonum, hoc est non malum, sed hæc per propriè dictam gratiam Dei, fide credentis precedente imperatam dari debet, frustra Scholastici gratiam nescio quam sufficientem infidelibus tribunt ante fidem, qua benè operantes ad fidem ipsam prævehantur; cum ipsa fides sit prima gratia quā donantur.

Quarto hoc probat, quod Augustinus, quemadmodum (ut vidimus) sepissime do-
cuit, Legem Iudeis datam esse sine gratia, ut per p̄evaricationes stimulante magis ma-
giūque concupiscentia perpetratas, ad infi-
mitatem suam gratiaque qua p̄cepta face-
re possent necessitatem agnoscendam duce-
rentur, ita sibi explicat se non aliam gra-
tiā hoc docendo, intelligere, quam fidem seu gratiam fidei utpote per quam illa
gratia bene operandi seu p̄cepta decalogi impleendi speratur, petitur, imperatur: juxta illud eius axioma decantatum quod jam vidimus, fides imperat, videlicet orando, quod lex imperat; nempe iusti ac boni operis, hoc est, ut ipse loqui amat, iustitia dilectionem, sine qua nemo boni aliquid operari vel p̄cep-
tum implere potest. Nam hoc sibi vult quo-
tiecumque dicit legem datam esse, ut gratia, ut medicina, ut adiutorium, ex ipsa imple-
di scilicet difficultate qua rector. Loca qui-
bus hoc docet sunt innumerā. Paucā accipe:
Ad hoc ergo dixit lex, Non concupisces: ut nos in Lib. 1. de morbo iacere invenientes, medicinam gratia quare-
remus. Et in epistola ad Hilarium: Iuberideo, Epist. 8.
ut facere iussa conatis, & nostrā insinuate sub lege fatigati adiutorium gratia poscere noverimus. Et li-
bro de natura & gratia: Itaque p̄ceptio sacre Lib. de nat.
commoneatur quod conantes & nostris viribus non & gratias.
valentes, adiutorium divinum p̄cēntur. Et ibidem:
Ut ideo tantum iubiat vocula legis, quo admoneatur ibid. c. 22.
implorare gratiam Salvatoris. Quod in codem
libro alter dicit: iubendo admonet & facere quod ibid. c. 42.
posse, & petere quod non posse &c. Nam medicina
gratia poterit, quod virtus non potest. Et adver-
sus Iuliapum in opere suo imperfecto: Conve-
nit autem Scriptura plurimique hominis voluntatem, impref. an-
tra ful. fol.
qua non habet, & non potest, admonitus sentiat,
& ab eo à quo sunt bona omnia, indigenz poscat.
Et statim iterum: Propterea ergo per Prophétam
dictum est: si nolueritis, & non audieritis me: gla-
dius vos comedet, & cetera huiusmodi, ut cum inve-
nissent in se viennes cupiditates ad propellendam in
malum, sentient à quo deberent poscere auxilium.
Querit autem non potest gratia, aut medici-
na, aut adiutorium orando, nisi Deus per
gratiam adjuvare credatur: Quonodo enim invi-
tabunt, in quem non crediderunt. Lex ergo manu-
ducendo

Ad Rom.

manuducendo ad gratiam, primo omnium A ducit ad fidem. Hoc enim sibi vult, quotiescunque clarius loquendo dicit legem datam, ut per fidem homo confugeret ad gratiam Zib. de Spir. qua ejus infirmitas juvaretur: Per legem, inquit, ostendit homini infirmitatem suam, ut ad eum misericordiam per fidem consurgens sanetur. Et ibid. cap. 10. in inferius: Legitime uititur legiem iustus, cum eani terroris imponit misfis, ut cum & in ipsis copertis molita concupiscentia moribus incentivis prohibitione & cumulo prevaricationis augeri, consurgant per fidem ad iustificantem gratiam, & per dominum spiritus suavitate iustitia delectari penam littere minantis evadant. Vbi iustificans gratia sicut plurimis aliis locis vocatur ab Augustino, gratia actualis adjuvans, qua iustitia legis impetratur. Vnde mox addit, legem fidei esse quae credidit, nullo modo sua infirmitati ad implenda ea, que lex factorum iubet, nisi divina gratia subveniri.

Zib. de Spir. Et adhuc in inferius in eodem libro: Per legem cogitatio peccati, per fidem imperatio gratiae contra peccatum. Et lib. 1. ad Bonif. dicit: Pelagianos coetos esse concedere, ad cognitionem peccati, & ad ipsius legis prevaricationem valere legem, ut cognito auditoque peccato per fidem gratia requiratur. Etenim in libro quarto ad eundem Bonifacium. Ideo sic expressum est legi imperium, ut infirmitas hominis in seipsa deficiens ad facienda qua lex imperat de gratia Dei potius ex fide, quereret adiutorium cuius misericordia etiam fides donatur. Quod ipsum plurimis aliis locis tradit.

Hoc denique sibi vult, quoties ordinem rerum ipsorum fecutus apertissime dicit, legem suam difficultate ad fidem compulisse. Nam ad gratiam querendam nemo compelli potest, nisi primo ad fidem gratiae ac largitoris ejus adigatur. Itaque cum Augustinus ex apostolo Iacobio citasset illa verba: postulet in fide (sapientiam) sic subiungit: Hec est fides ad quam precepta conpellunt, ut lex imperet & fides impetreret. Et in libro proxime citato ad Bonifacium: Non ergo legem evacuamus per fidem, sed legem statuimus que torrido duces ad fidem. Ideo quippe lex iram operatur, ut terrore atque converso ad iustitiam legis implendam, Dei misericordia gratianam largiatur per Iesum Christum &c. Et in epist. ad Anastasiū: Lex itaque docendo & iubendo, quod sine gratia impleri non potest, bonum demonstrat suam infirmitatem, ut querat demonstrata iustitia Salvatorem, a quo sanata voluntas posuit quod infirma non potest. Sed quo ordine ista fiant, accipe breviter & perspicue: Lex igitur addicit ad fidem fides imperat spiritum largiorem, diffundit spiritus charitatem iustitiae, implet charitas legem. Et in libro octoginta trium questionum quasi ex prolesso explicandum suscepisset, quod lex non aliter compellit ad gratiam nisi cuia compellit ad fidem Salvatoris & adjutoris, gratiae & fidei nominibus utitur promiscue eo quod gratia qua infirmitas ad facienda praecepta roboratur, non nisi fidei Lib. 23. 77. precedenti invocantique tribuatur. Verissime dicitur est; legem ergo evacuamus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. Qua ratione, obsecro? Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo

lex per fidem. Quae fides si non sit, iubitantum lex, & non implentes iusta, reis tenet, ut eos gementes & non valentes implere que iusta sunt, ad gratiam liberatoris al quando convertat. Quam scilicet filii jam per experientiam imbecillatis propriis videntes esse necessarium, fide liberatorem & adjutorem invocando, concilient. Et uberioris adhuc paulo post: Autem concupiscentia, lib. 8. 5. quam lex prohibet, ubi non erat fides & ad cumulum peccatorum prevaricationis crimen adiecit est. Et ut intelligeremus apertissime non aliud significari per hoc quod dixit, Vbi non erat fides, quam ubi nondum erat illa gratia adjutrix operationis bona, qua per solam fidem precedentem datur, statim adiicit: Sub istis passibus tanquam sub viro dominante agebat anima, ANTE QUAM VENIRET GRATIA PER FIDEM. Et in inferius: Sub lege actio est, cum non prohibetur a peccato, & tamen conveiit eus vici peccamus, quoniam NOS NON DUM ADIUVAT FIDES, scilicet invocans gratiam liberatoris & adjutoris. Nam ideo subiicit: Tertia actio est quandoIAM PLENISSIME CREDIMUS LIBERATORI NOSTRO. Et planissime in fine questionis istius, quasi recapitulando omnia definit: Neque lex mala est, qua operantur homini in quibus peccatorum vinculis iaceat, ut PER FIDEM IMPLORATO LIBERATORIS AUXILIIO, & solvi & erigi, & firmatione confortari mereatur. Et questione decima quinta super Deuteronomium: Deus fecit per gratiam suam operis legis in hominem, & homo per fidem suam operis prodidit, prius gratiam Dei pertinens ad Testamentum novum cooperator est admirantis Dei. Et in inferius: Deus est qui operatur in nobis & vobis & operari pro bona voluntate: hoc est in eis qui ex fide gratiam suscipiunt. Et libro de fide & operibus explicans illam sententiam apostolicam: Lex subiicit ut abundaret delictum: ubi autem abundaret delictum superabundaret gratia, jam dictum ordinem fidei & gratiae qua peccata superantur, accuratissime tradit: Quid, inquit, ideo nomen est, quia legem accipientes, homines qui de suis verbis superbis presumebant, NEC DIVINUM ADIUTORIUM vincendarum malarem concupiscentiarum RECTA FIDE imperantes pluribus gravioribus delictis, etiam lege prevaricata operari sunt. Ac sic magno reatu competente CONFUGERUNT AD FIDEM, qua misericordiam indulgentia merentur, & auxilium a Deo mino qui fecit celum & terram, ut diffusa per spiritum sanctum charitate in cordibus nostris, cum dilectione agerent, qua contra facti huius concupiscentias subiarentur. Vbi charitatem atque dilectionem non intelligit aliam, quam illam in eis omnibus lucubrationibus celeberrimam iustitiae dilectionem, quam paulo post definit: Gratia spiritus sancti diffusa charitate donat iustitiae dilectionem, qua inmodum concupiscentia supereretur. Et alibi: Ut si in epistola dicam ipsam quodammodo legem vivit, qui cum dilectione iustitiae iuste vivit, non proprio ac transitorio, sed communis ac stabili gaudens bono. Videlicet & ipso Deo qui est iustitia. Nam ut alibi dicit:

dicit: Cum vere sit opus legis, charitate sit non timore, que caritas est gratia novi Testamenti. Et quae caritas: Quia homo potest facere opus legis per charitatem iustitia, quod non potest per timorem pati.

Quod si tunc alios libros Augustini tum Commentarium Epistolæ ad Galatas excutere necesse esset testimoniorum ejus vix ullus esset finis. Nam undique concientibus sibi documentis confit, certissimam doctrinam ejus esse, quod lex difficultate sua non aliter ad adjutorium gratiae & ad concupiscentias oppugnandas vincendaque compelleret, quam quia primitus compellebat ad FIDEM, per quam illud adjutorium necessarium esse crederetur & pertinetur. Nam hoc ipso quo se sentiebant esse sub lege reos, infirmitate concupiscentiarum suarum non nisi precepti prævaricationem operante, manifestabantur ut crederent esse sibi adjutorium Dei præcipientis communitaque necessarium, & ut ex illa fide peterent gratiam diligendi justitiam legis, quam implerent. Iubebantur. Nam ut ex Aug. diximus: Ad fidem pertinet credere quod Deus in nobis operatus est, ut pote qui per concupiscentias nostras infirmitatem legem facere, justitiam præceptorum diligendo, non possumus. Hinc alibi fidem illam, qua gratia bene operandi impetratur, definiat ehe: Quia credit, nullo pose sue infirmitati adimplenda qua lex factorum iuberet, nisi Dei gratia subveniat.

Ex ista igitur constantia & consonantia doctrina profiscitur primo, quod illam gratiam faciendi quod lex iubet, subinde vocat gratiam fidei: ut in epist. ad Gal: Vi per ipsam gratiam fidei spiritualia opera legis eos implete p. se cognoscere. Et inferius: Vi iustificaventur, videlicet per operationem justitiae, venerint ad gratiam fidei. Et in initio, Iustum scilicet legem iusti facti boni inibus dando, ad demonstranda peccata eorum non auferenda, videlicet per legis impletionem. Nam ut adjectum: Non enim aufer peccata nisi GRATIA FIDEI, quia per dilectionem operatur. S. militer vocat eam subinde, a Gratiam quae est in fide Christi. Subinde, gratiam per fidem, ut quando dicit quod b. Iosephus typus Christi, id est, gratia per fidem. Cum us locutionis testimonia cetera supra videntur.

Hinc profiscitur secundum, quod quia non qualibet fides intelligitur ex qua illa boni operis gratia impetratur, sed fides Christi mediatoris, qui propter nos infirmus factus est, ut nos quis gratia firmaretur, scilicet gratiam illam vocat Christianam, qua Christiani sumus, ut in epist. ad Sixtum: Cum fama iactaret inimico Christi, siue gratia te favere; quam phrasim & obi respuit. Sapientius vero nominat Gratiam qua Christiani sumus, hoc est, per quam & propter quam impetrandum in Christum infirmitatis adjutorem credimus; ut in Epist. PP. Carthag. ad D. Innocent. Papam, ubi tractatur de illa gratia bona operationis, quae ad concupiscentias tentationesque vincendas pertinet. Nullum, inquit, tranquillum locum gratus Dei, qua Christiani sumus. Et

exponentes illam gratiam indicant esse tam, qua contra concupiscentias dimicamus, ut aliquid boni possimus operari, quae, inquit, Epist. 907 ipsum nostrum libertatum arbitrium vere si liberum, dico a carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur. Et mox illam gratiam Christianam vocant, qua coelestiam legi Dei secundum intercoven hominem, hoc est, ipsi justitiae legis, quam diligendam esse ubiq; Aug. inculcare solet. Vtriusque vero appellationis ratio est, quae ibidem inculcatur, quia fides Christiana impetrat gratiam illam: Quod, inquit, auxilium fides impetrat, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Unde hoc auxilium etiam appellat, Gratiam Christianorum, & gratiam Dei per Iesum Christum. Et alibi August. Gratiam fidei Christiana. Nam illa gratia non datur humano generi nisi per Christum Iesum, & idcirco quoque non nisi per fidem eius.

Quae cum ita sit, quid aliud potuit de infidelibus docere, nisi quod omni gratia qua vel legem observare, vel bene operari vel prævaricationem legis evadere queant, prorsus careant? Nam quid aliud indicat id quod in questionibus super Deuterohomium docet, quod ideo nullum opus hominis ibi commemoratur, quando Deus Moysi secundas tabulas dedit, quia insuper Deuteronomium non contemplatur adjutorio gratiae, per quam videlicet iustitiam legem Dei præseruare possit operari? Unde, ut addit, lex illis ad condemnacionem valer, quod significat contraria tabularum. Ideo autem non contemplatur adjutorio gratiae, quia fide caret, de qua ibidem dixerat, quod Deus facit per gratiam suam opus legis in homine, quatenus videlicet, et charitatem iustitia inspirat, ut præmerit, & homo per fidem suam sacerdotalis gratian cooperator est adiuvantis Dei. Quid aliud indicat id quod de Paganis, hoc est, de infidelibus docet, Pagani non habent gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. Quid aliud in serm. 5. de verbo apostoli cap. 11. dicat id quod de prima gratia operaticis perceptione docet, hominem bene operari non posse nisi percepere gratiam. Incipit autem homo per ipsam gratiam, ex quo incipit credere Deo vel interna vel externa admonitione motus ad fidem. Denique quid aliud indicat id quod apertissime docet, adversus Pelagianos volentes legem, naturam & similitudinem illae gratiam illam qua possimus cavere peccata, & prævaricationem legis evadere? Non Lib. de gratia 1. q. 2. hoc, inquit, est gratia quam commendat Apostolus, & lib. arb. per fidem Iesu Christi. Hanc enim naturam etiam cum cap. 13. impys & infidelibus certum est nobis esse communem: gratia vero Iesu Christi. EORUM TANTUMmodo est gratia est ipsa fides. Quam gratiam Christi ad ea venia peccata cum Pelagianis exhiberent, in illud abruptum precipitare sunt ut dicerant, Gratiam Dei quae data est per fidem Iesu Christi, quae neque lex est neque natura, ad hoc tam lib. de grat. cap. 13. tam valere ut peccata præterita amittantur, non cap. 13. ut futura vitentur vel repugnantia superentur.

Hac igitur vera ratio est, cur indiferenter usurperunt apud Augustinum, esse sine gratia, esse sine fide, esse sine fide gratia, esse sine gratia quae est in fide, & similia. Et rursus propter ipsum sumantur, facere aliquid per fidem, & favere

l' amore per gratiam, & per gratiam fidei, quemadmodum superius multis testimonis declaratum est, aliquique plurimis ostendit potest. Ut in libro ad Bonifacium, quod dixerat non conservare gratiam invenire, in codem capite inferius dicit, sine fide gratia Christi vivere. Ut in libro de natura & gratia, quod dixerat, non potuisse Christianum endire, ut crederet & iustus fieret, statim adiicit, sine gratia Christi iustificari non posse. Et in codem libro inferius, quod dicit con fugere ad gratiam, mox ex Apostolo dicit, conclusi in fide, ubi & remittantur que male sunt, & eadem gratia iuvante non sunt. Ut quod adhuc inferius cum his terue docuerit, etiam antiquos non potuisse iustificari nisi gratia Dei per Iesum Christum, statim inde rationem petit, quia si fides, iustus sanavit antiquos, qua sanat & nos, id est, mediatoris Dei & humanum, fides sanctorum eius, per crucis eius, fides mortis & resurrectionis eius. Quorum omnium non est alia ratio, quam quia nulla omnino in scriptis & mente Augustini est gratia, vel bene operandi vel legem naturalem servandi, & peccata tanquam impedimenta gratiae vitandi, nisi illa gratia Dei, que per fidem Christi perficit & impetratur. Ex quo sit ut illam sine fide haberes sit impossibile, quia cum desiderare auxiliu gratie sit iniustum gratia, ut Aug. ait, quamdiu carent homines fide, ne quidem desiderare, medium implorare possunt auxiliu gratiae, quia neque gratia adiutrix necessitatem sciunt quam docet fides, neque datorem eis praecusat, neque possunt: Quomodo enim invocabunt ea, quae non crediderunt. Nam ut Aug. ad hoccedunt qui recte credunt, ut invocent eum in quem crediderunt & valeant sacre, quod in praecipuis legiūm accepimus.

Hec quoque vera ratio est, cur apud Aug. indifferenter usurpentur, sine fide, & sine gratia, & sine charitate homines praecipuum implere non posse. Quia sicut non nisi fides est, quae accipit illam operandi gratiam, ita illius gratiae effectus non est nisi caritas, per quam praecipuum sine reatu prævaricationis implementur. Quod quamvis Scholasticis, recentioribus, maximè, valde mirum videatur, in Augustinianis principijs est certissimum: juxta que prorsus impossibile est, illum praecipuum Dei facere, nisi ipsa praecipi justitia diligatur, quemadmodum tum supra diximus, tum alibi suffissime demonstravimus. Nam apud ipsum fixa, firma, & immobilia doctrina regula est: Quod natura est, violentia fidei. Sp. ritus S. impetratus per quem diffusa est, ut ad 12. charitas cordibus nostris, Lex non timore pena sed

Lib. de fide iustitia amore compleatur. Iuxta quam immobilem regulam olim ante effusam Christi gratiam, Lib. 83. qz. Id est non impliatur lex: Quid ipsius iustitia est, quae dicitur?

Hoc ipso est, hoc est, eos qui carent fide, qua gratia necessitas ad praecipi facienda agnoscitur & imploratur, tam certum quoque sit, eos carere etiam gratia qua possint sine peccato praecipi servare, tam certum quoque sit, Iudeos sub lege constitutos gratia non solum efficace, sed & sufficiente caruisse. Nam & ipsi in illo statu fide Salvatoris Christi, immo & fide Dei adjutoris ad bene faciendum, destituti erant; quandoquidem carnales isti homines, & sibi fidenter ad praecipi facienda, & nullius auxilium nisi suarum voluntatis opus esse crederent, & per libidinum interiorum impetum qui legis prohibitione factus erat concitior, & per ipsius prævaricationes legis ad agnoscendam fidem, &

concupiscentias temporalium rerum voluptates, que pugnant legi dilabatur.

Ex his omnibus iam abunde manifestum esse puto, indubitatum Aug. indolem ac doctrinam esse quam diximus, quod infideles non solum non habeant sufficientem gratiam servandi precepta naturalia ante suscepit fidem, quod mirabiliter profecto exhortatione Scholastici docuerunt, sed nullam omnino, qua vel bene vivere possint, vel naturalem legem servare, vel peccata vitare. In ejus quippe principijs, fides prima est gratia, ad quam precepita per ipsam sui implendi difficultatem & iniuras & prævaricationes ducunt atque compellunt: ut poterit sine qua illa gratia operatrix, qua concupiscentias terrenarum rerum, iustitiae repugnantibus resistimus ne peccemus, obtineri nequeat, ut peccatum quod vetatur ipsa iustitia dilectione viterit.

Ex isdem deinde, non minus manifestum est id quod supra de Iudeis diximus, eos quando sub lege constituti erant, gratia faciendo legis caruisse, de hinc eadem gratia, qua ex fide datur, inspirata; iustitiae dilectionem intelligentem esse. Nam de Iudeis potissimum dicit, quod ad fidem terrendo ducerentur, & quod legis prævaricatione, dum abeat gratia, medicum implorandum esse docerentur. Nam doctrinam illam quamvis generalissimam, ex Scripturis tamen quae de solis Iudeis loquebantur Aug. expressis Legerat enim apud Apostolum, Conclusi Scripturae legis omnia sub peccato ut promissio id est gratia promissa faciendi legem, ex fide Iesu Christi daretur credentibus. De quo proinde loco sic ait: Nec ipsa (lex) est gratia, & nihil ex ea recte sit sine gratia, quia non est data que posset vivificare sed prævaricationis causa posita, ut conditio concluderet, sub peccato, & promissio, id est gratia promissa, dilectionis iustitiae inspiratrix, quae sola lex fieri potest, ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Legerat & illud apud eundem Apostolum, Lex pedagogus noster fuit in Christo, quo nihil aliud significatum Aug. accepit, nisi quod lex instar paedagogi comminando atq; terredo ducat ad Christi fidem, ut per auxilium gratiae praecipa faciendo, peccataq; vitando, terror legis auferatur. De quo vide quae latius alio in loco diximus.

Hinc igitur fit, quod quam certum est infideles, hoc est, eos qui carent fide, qua gratia necessitas ad praecipi facienda agnoscitur & imploratur, tam certum quoque sit, eos carere etiam gratia qua possint sine peccato praecipi servare, tam certum quoque sit, Iudeos sub lege constitutos gratia non solum efficace, sed & sufficiente caruisse. Nam & ipsi in illo statu fide Salvatoris Christi, immo & fide Dei adjutoris ad bene faciendum, destituti erant; quandoquidem carnales isti homines, & sibi fidenter ad praecipi facienda, & nullius auxilium nisi suarum voluntatis opus esse crederent, & per libidinum interiorum impetum qui legis prohibitione factus erat concitior, & per ipsius prævaricationes legis ad agnoscendam fidem, & ex fide

ex fide gratiam, & ex gratia dilectionem justitia dicabantur.

Quae sane in infidelibus longe certius & efficacius locum habent, utpote qui neque preceptum Non concupisces, accepert aut non ruit, neque praeceptorum naturalium difficultatem intelligent, neque Deum verum quoquo modo credunt, neque liberatorem vel carna- liter venturum esse aut venisse sciunt, neque gratiam legis adiutoricem vel per somnum cogitarent. Quo fit ut gratie dilectionis & agnoscenda & capienda prouersus incapaces, neque per terrores atque prævaricationes legum naturalium ad fidem Christi, & ad invocandum eum adiutorium spiritale, & ad justitiae præceptorum dilectionem capienda duci possint. Itaque de infidelibus Augustinus: Quando illos videntur tam steriles eos invenimus, ut discere nobis appearantur aliquid, unde duciposset ad fidem rectam ab tua opera, vel ad spem futuri seculi, vel ad concupiscentiam liberationis à captivitate mortalitatis scripturas nosimus, quas eu dicamus. Sed quia nullum fructum in eis invenimus, avertimus ab eu faciem & dicamus, adhuc isti non sapient, non captiunt, quia quicquid illis dixeris sinistrorum & adversum habent. Et multo inferius de ipsis non creditibus Christum, quando auditum Christum & eius opera commendari: Tridentinum inquit, isti quasi stultos &c. Quid ergo facies? Bona Christi non cupis, diuine amplecti qui adversarii est Christo. Et in alio loco tradit eos idolis esse similes, quia aures habent & non audiunt, oculi non vident & non vivent. Nares habent & non odorantur. Non sentiunt illum odorem, Christi bonus odor sumus, sicut dicit apostolus, in omni loco. Quid prodest quia nares habent & non odorantur tam juarem eum Christum? & in aliud Psalmum docet, quod in Infidelibus nomine tenebrarum significatis, Oculi tua gratia non operatur, qua homines trabuntur ut credant. Quodque mortui nihil bonum valent credere atque sentire. Ut profecto supra modum paradoxia mihi doctrina videatur, qua talibus hominibus etiam sufficientem gratiam, & qui-

Adem ad facienda Dei præcepta naturalia, quæ naturæ corruptæ omnium difficillima sunt adesse constitut. Iam vero ex ipsis omnibus quæ protulimus, & istud perspicue Lectori intelligenti patet, non Augustini tantum opinionem sed Apostolicam istam doctrinam esse, ac tanquam ab Apostolo Christianis propinatam eam ab Aug. tradi. Singula quippe vel pene singula probationum capita, quæ a nobis ex Aug. producta sunt, in Apostolo suas radices habent & ex verbis ejus pullulant. Et sane si vel sola epistola ad Rom. & ad Galat. conscripta pondereretur, imo leviter percuratur, videbit Lector non aliud sibi aspirari quam fidem Christi prouersus esse necessariam ut possint ab hominibus, non solum infidelibus, sed & Iudeis naturali bene vivendi præcepta servari. Vnde cum in Epist. ad Rom. fuit declarasset & Iudeos & gentes omnes declinatis, omnes sub peccato esse; omnes indigere gloria Dei, tandem subiungit: Ubi ergo gloriatio tua? Exclusus est. Per quam legem? Factorum Novi, sed per legem fidem. Nempe quia ut Aug. exponit, quod operum nostrorum imperat, fidei lex credendo imperat. Et conformiter in sequentibus: Lex spiritus noster in Christo teſta liberavit me a lege peccati & mortis. Lex autem Spiritus vita eadem est quæ lex fidei, quia à Spiritu vita inspirata, ut per virtutem S. Spiritus internas concupiscentias vincat. Hinc etiam ad Galatas id est Apostolus clamat: Concluisti Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fidei Iesu Christi daretur creditibus. Quod est autem aliud promissio, nisi gratia in novo Testamento promissa, quæ lex impletatur, cupiditas supereatur, in pace regnetur? In hisce & hismodi Apostolicis documentis quibus utraque epistola referita est, fundavit Augustinus doctrinam istam suam, & velut Ecclesia Christianæ basis posteris tradidit, quam ideo Prosper & Fulgentius ad amissum secuti sunt, & Concil. Africani Can. sanxit, quando desiavit quod Deus nobis fidem & amorem suum insperat, ut cum iustus can. sit, adiuverio, ea que sibi sunt plauta implere possumus.

Rom. 3.
Lib. de spir.
& lit. 6. 13.

Rom. 7.
Galat. 3.

CAPV T X I I .

Infideles non habent gratiam sufficientem ordinis naturalis. Gratia sufficiens infidelium à Semi-pelagianis excogitata.

QUOD PROTERE quid ad perspicuum doctrinam Augusti responderi possit, equidem non satis video. Nisi forte illud quod apud ipsos perquam familiare est: Infideles & Iudeos ipsis sub lege constitutos gratia quidem Christi quæ ex fide est, ac dilectione caruisse, quæ naturalis legis præcepta servarent; sed aliam eis adesse gratiam ordinis naturalis. Miror equidem viros eruditos, tam curiosam responsonem probare posuisse. Nam in primis quando de gratia sufficienti ad operandum disputatione est, de illa queritur quæ per Christum hominibus allata est ad custodiendam naturalem legem, quæ in decalogo Iudeis data est. Talis autem nulla est in Aug. scriptis, nisi quæ per fidem datur, quæ per dilectionem operatur. Non enim pu-

A tandem est, gratiam Christi apud August. & Scripturas sacras vocari, quamcumque gratiam, quæ quoquo modo ex meritis Christi hominibus datur, sed illam, quam ad carnis concupiscentias reprimendas atque superandas, cum legis agitione vehementius exasperantur, Christus Iesus mediator Dei atque hominom per crucem attritus: illi vero non est neque natura neque liberum arbitrium, neque lex neque doctrina, neque terror, neque blandimentum alterius terreni boni, neque protectione, neque quicquam omnino ordinis naturalis, sed sola illa gratia dilectionis justitiae inspiratrix quæ sola facit facere quod lex iubet, non solum tota, sed vel unica: nulla enim lex prouersus fieri potest, nisi legis justitia diligatur, quod non fit nisi magna & supernaturali gratia Dei. Et